de nuestras almas. Amen.

*El número de las disciplinas, y el que sean mas ó menos largas, se dexa á la discreta disposicion del espiritual Director, que debe considerar las fuerzas, salud, complexion, y fervor de las personas que corren á su cuidado.*

*El que no tuviere el Librito de los Exercicios Espirituales de la Venerable Madre Maria de Jesus de Agreda, podrá suplir las Oraciones con afectos de corazon; y quien le tuviere, tambien podrá dimidiar las Oraciones que le parecieren largas.*





# LIBRO QUINTO.

## DE MUCHOS ERRORES MISTICOS

QUE ESTAN CONDENADOS POR LA IGLESIA Católica.

## CAPITULO PRIMERO.

*PROPOSICIONES DE MOLINOS CONDENADAS por el Pontifice Inocencio undecimo, á 28. de Agosto 1687.*

*Apud Ilust. Simanc. de Cat. Instit. pagin. mihi 573. & seq.*

1 OPORTET hominem, suas potentias anihilare. Et hæc est Via interna. *Condenada.*

2 Velle operari activè, est Deum offendere, qui vult esse ipse solus Agens, & ideò opus est, se ipsum in Deo totum, & totaliter derelinquere, & postea permanere velut corpus exanime. *Condenada.*

3 Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva. *Condenada.*

4 Activitas naturalis est Gratiæ inimica, impeditque Dei operationes, & verâm perfectionem, quia Deus operari vult in nobis sine nobis. *Condenada.*

5 Nihil operando Anima se anihilat, & ad suum principium redit, & ad suam originem, quæ est essentia Dei, in qua transformata remanet,

ac divinízata, & Deus tunc in se ipso remanet; quia tunc non sunt ampliusduæ res unitæ, sed una tantùm; & hac ratione Deus vivit, & regnat in nobis, & Anima se ipsam anihilat in esse operativo. *Condenada.*

6 Via interna est illa, in qua non cognoscitur nec lumen, nec amor, nec resignatio,& non oportet Deum cognoscere; & hoc modo rectè proceditur. *Condenada.*

7 Non debet Anima cogitare, nec de præmio, nec de punitione, nec de Paradyso, nec de Inferno, nec de Morte, nec de Æternitate. *Condenada.*

8 Non debet velle scire, an gradiatur cum voluntate Dei, an cum eadem voluntate resignata maneat, necnè; nec opus est, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil, sed debet ut Corpus exanime manere. *Condenada.*

9 Non debet Anima reminisci, nec sui, nec Dei, nec cujuscumque rei; & in Via Interna omnis reflexio est nociva, etiam reflexio ad suas humanas actiones, & ad proprios defectus. *Condenada.*

10 Si propriis defectibus alios scandalicet, non est necessarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi; & ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est. *Condenada.*

11 Ad dubia, quæ occurrunt, an rectè procedatur, necnè, non est opus reflectere. *Condenada.*

12 Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere; nec de Inferno, nec de Paradyso; nec debet desiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ salutis, cujus spem purgare debet. *Condenada.*

13 Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda est cogitatio, & cura de omni re nostra; & relinquere, ut faciat in nobis sine nobis suam Divinam voluntatem. *Condenada.*

14 Qui Divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut á Deo, rem aliquam petat; quia petere est imperfectio, cùm sit actus propriæ voluntatis, & electionis; & est velle, quod Divina voluntas nostræ conformetur, & non quod nostra Divinæ. Et illud Evangelii: *Petite, & accipietis*: non est dictum à Christo pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Imò hujusmodi Animæ eò perveniunt, ut non possint à Deo rem aliquam petere. *Condenada.*



15 Sicut non debent á Deo rem aliquam petere; ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent, quia utrumque est actus propriæ voluntatis. *Condenada.*

16 Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia meliùs est Divinæ Justitiæ satisfacere, quam Divinam misericordiam quærere; quoniam illud ex puro amore Dei procedit, & istud ab amore nostri interesato; nec est res Deo grata, nec meritoria, quia est velle Crucem fugere. *Condenada.*

17 Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ nostræ, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia resistentia fieri debet nisi negativa, nulla adhibita industria; & si natura commovetur, oportet sinere, ut commoveatur; quia est natura. *Condenada.*

18 Qui in Oratione utitur Imaginibus, Figuris, Speciebus, & propriis Conceptibus, non adorat Deum in spiritu, & veritate. *Condenada.*

19 Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur, aut Intellectus comprehendit, non amat verum Deum. *Condenada.*

20 Aserere, quod in oratione opus est, sibi per discursum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus Animam non alloquitur, ignorantia est. Deus numquam loquitur; ejus locutio est operatio; & semper in Anima operatur, quando hæc suis discursibus, cogitationibus, & operationibus eum non impedit. *Condenada.*

21 In Oratione opus est manere in fide obscura, & universali, cum quiete, & oblivione cujuscumque cogitationis particularis, ac distinctæ Atributorum Dei, ac Trinitatis; & sic in Dei præsentia manere ad illum adorandum, & amandum, eique inserviendùm, sed absque productione actuum; quia Deus in his sibi non complacet. *Condenada.*

22 Congnitio hæc per fidem non est actus à Creatura productus, sed est cognitio à Deo Creaturæ cradita, quam Creatura se habere non cognoscit, nec postea cognoscit illum se habuisse; & idem dicitur de Amore. *Condenada.*

23 Mystici cum S. Bernardo in Scala Claustralium, distinguunt quatuor gradus, Lectionem, Meditationem, Orationem, & Contemplationem infusam. Qui semper in

in primo sistit, numquam ad secundum pertransit. Qui semper in secundo persistit, numquam ad tertium pervenit, qui est nostra contemplatio acquisita, in qua per totam vitam persistendum est; dummodo Deus Animam non trahat, absque eo quod ipsa id expectet, ad contemplationem infusam; & hac cessante, Anima regredi debet ad tertium gradum, & in ipso permanere, absque eo quod amplius redeat ad secundum, aut primum. *Condenada.*

24 Qualescumque cogitationes in Oratione occurrant, etiam impuræ, etiam contra Deum, Sanctos, Fidem, & Sacramenta, si voluntariè non nutriantur, nec voluntariè expellantur, sed cum indifferentia, & resignatione tolerentur, non impediunt Orationem Fidei; imò eam perfectiorem efficiunt; quia Anima tunc magis Divinæ voluntati resignata remanet. *Condenada.*

25 Etiamsi superveniat somnus, & dormiatur, nihilominus fit Oratio, & contemplatio actualis; quia Oratio, & resignatio, resignatio, & Oratio idem sunt; & dum resignatio perdurat, perdurat, & Oratio. *Condenada.*

26 Tres illæ Viæ. *Purgativa, Illuminativa, & Unitiva*, sunt absurdum maximum, quod dictum fuerit in Mystica, cùm non sit nisi unica Via, scilicèt via interna. *Condenada.*

27 Qui desiderat, & amplectitur devotionem sensibilem, non desiderat, nec quærit Deum, sed se ipsùm; & malè agit, cùm eam desideret, eam habere conetur, qui per viam internam incedit, tàm in locis Sacris, quàm in diebus solemnibus. *Condenada.*

28 Tædium rerum spiritualium bonum est; siquidem per illud purgatur amor proprius. *Condenada.*

29 Dum Anima Interna fastidit discursus de Deo, & virtutes, & frigida remanet, nullum in se ipsa sentiens fervorem, bonum signum est. *Condenada.*

30 Totum sensible, quod experimur in Via spirituali, est abominabile, spurium, & immundum. *Condenada.*

31 Nullus Meditativus veras virtutes exercet internas, quæ non debent à sensibus cognosci. Opus est amittere virtutes. *Condenada.*

32 Nec ante, nec post Communionem alia requiritur præparatio, aut gratiarum actio (pro istis Animabus Internis) quam permanentia in solita resignatione passiva; quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui fieri possunt, & fiunt in Via Ordinaria. Et si hac occasione Communionis insurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi sunt quoties non dignoscatur, eos esse ex impulsu speciali Dei, aliàs sunt impulsus naturæ, nondum mortuæ. *Condenada.*

33 Malè agit Anima, quæ procedit per hanc Viam Internam, si in diebus solemnibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum; quoniam Animæ Internæ omnes dies sunt æquales, omnes festivi. Et idem dicitur de locis Sacris, quia hujusmodi Animabus omnis loca æqualia sunt. *Condenada.*

34 Verbis, & lingua gratias agere Deo, non est pro Animabus internis, quæ in silentio manere debent, nullum Deo impedimentum apponendo, quod operatur in illis, & quo magis Deo se resignat, experiuntur, se non posse Orationem Dominicam, seu Pater noster recitare. *Condenada.*

35 Non convenit Animabus hujus Vitæ Internæ quod faciant operationes, etiam virtuosas, ex propria electione, & activitate; aliàs non essent mortuæ: nec debent elicere actus amoris ergà B. Virginem, Sanctos, aut Humanitatem Christi; quia cùm ista objecta sensibilia sint, talis est amor circa illa. *Condenada.*

36 Nulla Creatura, nec B. Virgo, nec Sancti, sedere debent in nostro corde; quia solus Deus vult illud occupare, & possidere. *Condenada.*

37 In occasione tentationum, etiam furiosarum, non debet Anima elicere actus explicitos virtutum oppositarum; sed debet in supradicto amore, & resignatione permanere. *Condenada.*

38 Crux voluntaria mortificationum, pondus grave est, & infructuosum; ideoque dimittenda. *Condenada.*

39 Sanctioria opera, & pœnitentiæ, quas peregerunt Sancti, non sufficiunt ad removendam ab Anima vel unicam adhæsionem. *Condenada.*

40 B. Virgo nullum unquam opus exterius peregit, & tamen fuit Sanctis omnibus sanctior. Igitur ad Sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori. *Condenada.*

41 Deus permittit, & vult, ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus Animabus perfectis (etiam non arreptitiis) Dœmon vio-

lentiam inferat eorum corporibus, easque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia, & sine mentis offuscatione, movendo physicè illorum manus, & alia membra contra earum voluntatem. Et idem dicitur quoad alios actus per se peccaminosos; in quo çasu non sunt peccata, quia in his non adest consensus. *Condenada.*

42 Potest dari casus, quod hujusmodi violentiæ ad actus carnales contingant eodem tempore ex parte duarum personarum, scilicèt maris, & fœminæ, & ex parte utriusque sequatur actus. *Condenada.*

43 Deus præteritis sæculis Sanctos efficiebat Tyrannorum ministerio; nunc verò eos efficit Sanctos ministerio Dœmonum, qui causandum in eis prædictas violentias facit, ut illi se ipsos magis despiciant, atque anihilent, & se Deo resignent. *Condenada.*

44 Job blasphemavit, & tamen non peccavit labiis suis, quia fuit ex Dœmonis violentia. *Condenada.*

45 Sanctus Paulus hujusmodi Dœmonis violentias in suo corpore passus est, unde scripsit: *Non quod volo bonum hoc ago; sed quod nolo malum, hoc facio.* Condenada.

46 Hujusmodi violentiæ sunt medium magis proportionatum ad nihilandum animam, & ad eam ad veram transformationem, & unionem perducendam, nec alia superest via. Et hæc est facilior, & tutior. *Condenada.*

47 Cùm hujusmodi violentiæ occurrunt sinere oportet, ut Satanas operetur, nullam adhibendo industriam nullumque proprium conatum; sed permanère debet homo in suo nihilo; & etiamsi sequantur pollutiones, & actus obscœni propriis manibus, & etiam pejora, non opus est se ipsum inquietari; sed foras omittendi sunt scrupuli, dubia, & timores: quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, & acquiritur sancta libertas. Et præ omnibus, non opus est hæc confiteri, & sanctissimè fit non confitendo, quia hoc pacto superatur Dœmon, & acquiritur thesaurus pacis. *Condenada.*

48 Satanas, qui hujusmodi violentias infert, suadet deinde, gravia esse delicta, ut Anima se inquietet, ne in Via Interna ulterius progrediatur; unde ad ejus vires enervandas, meliùs est ea non confiteri; quia non sunt peccata, nec etiam venialia. *Condenada.*

Job



49 Job ex violentia Dœmonis se propriis manibus polluebat eo tempore, quo *mundas habebat ad Deum preces*, sic interpretando locum ex c. 16. Job. *Condenada.*

50 David, Jeremias, & multi ex Sanctis Prophetis hujusmodi violentias patiebantur harum impurarum operationum externarum. *Condenad.*

51 In Sacra Scriptura multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos. Uti illud de Samsone, qui per violentiam se ipsum occidit cum Philistæis; conjugium iniit cum Alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus est, quæ aliàs erant prohibita, & peccata fuissent. De Juditha, quæ Holopherni mentita fuit. De Eliseo, qui pueris maledixit. De Elia, qui combussit Duces cum turmis Regis Achab. An verò fuerit violentia immediatè à Deo peracta, vel Dœmonum ministerio, ut in aliis animabus contingit, in dubio relinquitur. *Condenada.*

52 Cùm hujusmodi violentiæ, etiam impuræ, absque mentis offuscatione accidunt, tunc Anima Deo potest uniri, & de facto semper magis unitur. *Condenada.*

53 Ad cognoscendum in praxi: an aliqua operatio in aliis personis fuerit violentia; regula, quam de hoc habeo, nedum sunt protestationes Animarum illarum, quæ protestantur, se dictis violentiis non consensisse; aut jurare non posse, quod in iis consenserint; & videre quod sint Animæ, quæ proficiunt in Via Interna: sed regulam sumere à lumine quodam actuali, cognitione humana ac theologica superiore, quod me certò cognoscere facit cum interna certitudine, quod talis operatio est violentia; & certus sum, quod hoc lumen à Deo procedit, quia ad me pervenit conjunctum, cum certitudine, quod à Deo perveniat, & mihi nec umbram dubii relinquitur contrarium, eo modo, quo interdum contingit, quod Deus aliquando revelando, eodem tempore Animam certam reddit, quod ipse sit, qui revelat, & Anima in contrarium non potest dubitare. *Condenada.*

54 Spirituales vitæ ordinariæ in hora mortis se delusos invenient, & confusos, cum omnibus passionibus in alio mundo purgandis. *Condenada.*

55 Per hanc Viam Internam pervenitur, etsi multa cum sufferentia, ad purgandas, & extinguendas omnes passiones, ita quod nihil amplius sentitur, nihil, nec ulla

sen-

sentitur inquietudo, sicut corpus mortuum, nec Anima se amplius commoveri sinit. *Condenada.*

56 Duæ leges, & duæ cupiditates, Animæ una, & amoris proprii altera, tandiù perdurant, quandiù perdurat amor purgatus; unde quando hic purgatus est, & mortuus, uti fit per Viam Internam, non adsunt amplius illæ duæ leges, & duæ cupiditates, nec ulterius lapsus aliquis incurritur, nec aliquid sentitur amplius, ne quidem veniale peccatum. *Condenada.*

57 Per contemplationem passivam pervenitur ad statum non faciendi amplius peccata, nec mortalia, nec venialia. *Condenada.*

58 Ad hujusmodi statum pervenitur, non reflectendo amplius ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur. *Condenada.*

59 Via interna sejuncta est à Confessione, à Confessariis, & à Casibus conscientiæ, à Theologia, & à Philosophia. *Condenada.*

60 Animabus provectis, quæ reflexionibus mori incipiunt, & eò etiam perveniunt, ut sint mortuæ, Deus Confessionem aliquando efficit impossibilem, & supplet ipse tanta gratia præservante, quantam in Sacramento reciperent; & ideò hujusmodi Animabus non est bonum, in tali casu ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere; quia id est illis impossibile. *Condenada.*

61 Anima cùm ad mortem misticam pervenit, non potest amplius, velle quam quod Deus vult; quia non habet amplius voluntatem, & Deus illi eam abstulit. *Condenada.*

62 Per viam Internam pervenitur ad continuum statum immobilem in pace imperturbabili. *Condenada.*

63 Per viam Internam pervenitur etiam ad mortem sensuum; quin immò signum, quod quis in statu nihileitatis maneat, id est mortis misticæ est, si sensus exteriores non repræsentent amplius res sensibiles, ac si non essent, quia non perveniunt ad faciendum, quod intellectus ad eas applicet. *Condenada.*

64 Theologus minorem dispositionem habet, quam homo rudis, ad statum contemplativi. Primò, quia non habet fidem adeò puram. Secundò, quia non est adeò humilis. Tertio, quia non adeò curat propriam salutem. Quartò, quia caput refertum habet phantasmatibus, speciebus, opinionibus, & speculationibus, & non potest in illum ingredi verum lumen. *Condenada.*

Præ-



65 Præpositis obediendum est in exteriore; & latitudo voti obedientiæ Religiosorum tantummodo ad exterius pertingit. In interiori verò aliter res se habent, quod solus Deus, & Director intrant. *Condenada.*

66 Risù digna est nova quædam doctrina in Ecclesia Dei, quod Anima quoad Internum gubernari debeat ab Episcopo; quod si Episcopus non sit capax, Anima ipsum cum suo Directore adeat. Novam dico doctrinam, quia nec Sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec Authores eam unquam tradiderunt, nec tradere possunt; quia Ecclesia non judicat de occultis, & Anima jus habet eligendi quemcumque sibi benè visum fuerit. *Condenada.*

67 Dicere, quod Internum manifestandum est exteriori Tribunali præpositorum, & quod peccatum sit id non facere, est manifesta deceptio; quia Ecclesia non judicat de occultis; & propriis Animabus præjudicant his deceptionibus, & simulationibus. *Condenada.*

68 In Mundo non est facultas, nec jurisdictio ad præcipiendum, ut manifestentur Epistolæ Directoris, quoad Internum Animæ, & ideò opus est animadvertere, quod hoc est insultus Satanæ. *Condenada.*

*Has omnes Propositiones tamquàm hæreticas, suspectas, erroneas, scandalosas, blasphemas, piarum aurium offensivas, temerarias, Christianæ disciplinæ relaxativas, & eversivas, & Seditiosas respectivè, probibuit, & damnavit sua Sanctitas die quo suprà.*

## CAPITULO II.

### *Proposiciones condenadas por Alexandro Octavo, del Amor de Dios, y del pecado filosófico, dia 21. de Agosto. 1690.*

1 Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: Formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. Hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitæ suæ mortalis. *Condenada.* *Apud Ilust. Simanc. ubi suprà.*

2 Peccatum philosophicum, su morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi.

ni. Theologicum verò, & mortale, est transgressio libera Divinæ legis. Philosophicum, quantumvis grave, in illo qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum. *Condenada.*

## CAPITULO III.

### *Cinco proposiciones de Jansenio, condenadas por Inocencio Decimo, dia 31. de Mayo 1653.*

*Apud Expurg. novis. Matrit. anno 1707. verb. Cornel. Jansen. pag. 231. col. 2. in fine.*

1 Aliqua Dei Præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundùm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia. *Condenada.*

2 Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ numquam resistitur. *Condenada.*

3 Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. *Condenada.*

4 Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ Interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc errant hæretici, quòd vellent, eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. *Condenada.*

5 Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse. *Condenada.*

*Has Propositiones contentas esse in Libro Jansenii declaravit Alexander Septimus in Bulla, & eas etiam condemnavit.*

## CAPITULO IV.

### *Otras Proposiciones Misticas, condenadas por Inocencio Duodecimo, dia 12. de Marzo 1699.*

*Apud ipsum Decret. Innoc. XII.*

1 Datur habitualis status amoris Dei, qui est charitas pura, & sine ulla admixtione motivi proprii interesse... Neque timor pœnarum, neque desiderium remunerationum habent ampliùs in eo partem. Non amatur ampliùs Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam. *Condenada.*

2 In statu vitæ contemplativæ, seu unitivæ amittitur omne motivum interessatum timoris, & spei. *Condenada.*

3 Id quod est essentiale in directione Animæ, est non aliud facere, quam sequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, præcautione, & subtilitate. Oportet se intra hos limites continère, ut sinatur Deus agere, & nunquam ad purum amorem ducere, nisi quando Deus per unctionem interiorem incipit aperire cor huic verbo; quod adeò durum est animabus adhuc sibimet affixis, & adeò potest illas scandalizare, aut in perturbationem conjicere. *Condenada.*

4 In statu sanctæ indifferentiæ Anima non habet amplius desideria voluntaria, & deliberata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus, in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur. *Condenada.*

5 In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut simus perfecti, & beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem, ac beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficere, ut velimus res istas impressione suæ gratiæ. *Condenada.*

6 In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus amplius salutem, ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plena, ut gloriam, & beneplacitum Dei, ut rem, quam ipse vult, & quam nos vult velle propter ipsum. *Condenada.*

7 Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renunciatio, quam Jesus-Christus à nobis in Evangelio requirit, postquàm externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad interesse proprium. Extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum interesse proprium etiam æternum. *Condenada.*

8 Omnia sacrificia, quæ fieri solent ab animabus quam maximè desinteressatis circa earum æternam beatitudinem sunt conditionalia... Sed hoc Sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu, hoc sacrificium fit aliquomodo absolutum. *Condenada.*



In

9 In extremis probationibus potest Animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, & quæ non est intimus conscientiæ fundus, se justè reprobatam esse à Deo. *Condenada.*

10 Tunc Anima divisa à semetipsa expirat cum Christo in Cruce, dicens: *Deus, Deus meus! Ut quid dereliquisti me?* In hac involuntaria impressione desperationis conficit sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad æternitatem. *Condenada.*

11 In hoc statu Anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed nunquam amittit in parte superiori, id est in suis actibus directis, & intimis spem perfectam, quæ est desiderium desinteressatum promissionum. *Condenada.*

12 Director tunc potest huic Animæ permittere, ut simpliciter acquiescat jacturæ sui proprii interesse, & justæ condemnationi, quam sibi à Deo indictam credit. *Condenada.*

13 Inferior Christi pars in Cruce non communicavit Superiori suas involuntarias perturbationes. *Condenada.*

14 In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quædam separatio partis Superioris Animæ ab inferiori... In ista separatione actus partis inferioris manant ex omninò cæca, & involuntaria perturbatione, nam totum quod est voluntarium, & intellectuale, est partis superioris. *Condenada.*

15 Meditatio constat discursivis actibus, qui à se invicem facilè distinguuntur... Ista compositio actuum discursivorum, & reflexorum, est propria exercitatio amoris interessati. *Condenada.*

16 Datur status contemplationis adeò sublimis, adeoque perfectæ, ut fiat habitualis; ita ut quoties Anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc non amplius indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicus. *Condenada.*

17 Animæ contemplativæ privantur intuitu distincto, sensibili, & reflexo Jesu-Christi, duobus temporibus diversis... Primò: in fervore nascente earum contemplationis... Secundò: Anima amittit intuitum Jesu-Christi in extremis probationibus. *Condenada.*

18 In statu passivo... Exercentur omnes virtutes distinctæ: non cogitando quod sint virtutes... In quolibet momento aliud non cogitatur, quam facere id, quod Deus vult, & amor zelotypus simul efficit, ne



ne quis amplius sibi virtutem velit, nec unquàm sit adeò virtute præditus, quàm cùm virtuti ampliùs affixus non est. *Condenada.*

19 Potest dici in hoc sensu, quod Anima passiva, & desinteressata, nec ipsum amorem vult ampliùs quatenùs est sua perfectio, & sua fœlicitas, sed solùm quatenùs est id quod Deus à nobis vult. *Condenada.*

20 In confitendo debent Animæ transformatæ sua peccata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem, & liberationem, sed ut rem quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam. *Condenada.*

21 Sancti Mystici excluserunt à statu Animarum transformatarum exercitationes virtutum. *Condenada.*

22 Quamvis hæc doctrina (de puro amore) esset pura, & simplex perfectio Evangelica in universa traditione designata, antiqui Pastores non proponebant passim multitudini justorum, nisi exercitia amoris interessati eorum gratiæ proportionata. *Condenada.*

23 Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, & meritorii sunt. *Condenada.*

## CAPITULO V.

### *Misticos Errores de los Alumbrados, que condenó la Inquisicion de España año* 1623.

1 PER Orationem mentalem omnia Dei præcepta implentur. *Condenada.* *Apud M. Dionys. Blas. dist. 88. & 89. lib. 22.*

2 Oratio est Sacramentum sub accidentibus mentalibus; nam vocalis est exigui momenti. *Condenada.*

3 Homines divino cultui dicati non debent laborare, nec in exercitiis corporalibus occupari, ut liberiùs vacent orationi mentali. *Condenada.*

4 Nulli Prælato, nec Patri est obediendum, si impediat orationem mentalem *Condenada.*

5 Nullus potest consequi virtutis secretum, nisi Magistris hæc docentibus obediat, & cum illis generalitèr confiteatur, & eandem orationem cum illis faciat. *Condenada.*

6 Ardores, tremores, & deliquia, quæ patiuntur Sectatores hujus Sectæ, sunt signa

na gratiæ, & Spiritus Sancti recepti. *Condenada.*

7 Perfectis non est necesse opera virtutis exequi. *Condenada.*

8 Illuminati in hac vita vident Essentiam Divinam, si sint perfecti. *Condenada.*

9 Perpetuò reguntur à Spiritu Sancto immediatè in actionibus externis, & internis, si vivant secundùm eorum regulam. *Condenada.*

10 Quilibet sequi debet inspirationem internam Spiritus Sancti ad aliquid faciendum, vel omittendum. *Condenada.*

11 Ad elevationem Sacramenti debent adstantes claudere oculos. *Condenada.*

12 Perfecti viri non possunt videre Sacras Imagines, nec concionem audire; nec loqui de Deo, nec alia contraria huic Sectæ facere. *Condenada.*

13 Omnes debent vovère non contrahere Matrimonium, & aliam Religionem non amplecti. *Condenada.*

14 Qui plures hostias sumit, plus gratia, & gustus recipit, & potest ex pane cocto communicare. *Condenada.*

15 Oratio, & continentia nòn prosunt, nisi divinitus diù simul consistant. *Condenada.*

16 Oratio, & amor Dei extenuant salutem; ideò lautis cibis vescendum, ut aptiores sint ad orationem. *Condenada.*

17 Orans se colligat in Dei præsentia, nihil discurrendo, nec meditando in ullo Mysterio. *Condenada.*

18 Qui orationi mentali vacat, non tenetur audire Missam, etiam in diebus festivis, sed pœnitus debet oblivisci omnes obligationes, sicut & qui in Ecclesia versatur. *Condenada.*

19 Sequaces hujus Sectæ debent obedire suis Magistris etiam fœminæ: & debent facere votum castitatis, non tamen Religionis ingrediendæ. *Condenada.*

20 Filiæ confessionis in hac Secta, teneantur ipsis illuminatis confiteri, non aliis: aurum etiam, & argentum illis oppignorari, vel saltem jurejurando confirmare, se aliis non confessuras. *Condenada.*

21 Fœminæ conjugatæ non teneantur debitum reddere viris: & filiæ animadvertentes defectum in matribus, possint illas accusare. *Condenada.*

22 Filiæ confessionis nullum opus faciant, nisi ex mandato Confessoris. *Condenada.*

23 Licitum sit Confes-

sa-



sariis revelare, quæ in Confessione audierunt, cui obedientiam præstarunt, & sibi invicem. *Condenada.*

24 Illuminati vocentur Patres ab his, qui obedientiam dederunt eis: imponant filiis censuras, & præcepta; & sine ipsorum permissu nihil possideant. *Condenada.*

25 Sacramentum Pœnitentiæ à quolibet Sacerdote semper, & ubilibet possit ministrari, sine Superiorum licentia, & à quocumque peccato, licèt Sedi Apostolicæ reservato. *Condenada.*

26 Qui paucas formas recipit in Communione, parum gratiæ Dei recipit. *Condenada.*

27 Homo potest tantum amoris habere cum Deo, quantum voluerit; & tantum fervorem Spiritus Sancti, quod ei liceat communicare non jejunus. *Condenada.*

28 Qui plures hostias sumit, perfectior, & charior est Deo. *Condenada.*

29 Qui communicat filias Confessionis, illas osculetur, per halitum spiritus amoris Dei illis immittens. *Condenada.*

30 In Cœnobiis non potest perfectio comparari propter occupationes Officii. *Condenada.*

31 Perfectus sine revelatione potest scire, an sit in gratia, vel non. *Condenada.*

32 Illuminati debent abstinere ab eleganti ornatu Ecclesiæ. *Condenada.*

33 Perfectus facultates submergat animæ, nec possit progredi, nec regredi; sed dicere, se ter confirmatum in gratia; quoad mortalia, quoad venialia, & quoad naturales imperfectiones; tuncque in illo statu liber carne Adami, retinet animam. *Condenada.*

34 Potest esse tam perfectus, quod non egeat Sanctorum intercessione, nec invocatione. *Condenada.*

35 Aliqui possunt esse ægroti ex amore Dei, & tunc vesci carnibus vetitis; & tunc bonitas ingenii comparatur cum effectu amoris, etiamsi aliæ virtutes desint. *Condenada.*

36 In eo statu Unionis nullus actus est exercendus. *Condenada.*

37 In statu perfectorum, & vitæ unitivæ amoris Dei, si Deus dicat animæ, quod sit bona, erit substantialiter bona, nec egebit operari. *Condenada.*

38 Actus eò magis est meritorius quò minus est sensibilis devotio. *Condenada.*

39 Perfectus solùm de-



bet

ber intelligere quod Deus intelligit, scilicèt de se ipso, in se ipso, & de rebus ad se pertinentibus. *Condenada.*

40 Turpes actus, & tactus inhonesti cum fœminis suæ Sectæ, non sunt peccata, sed virtus, & pietas. *Condenada.*

41 Amicitia, etiamsi prohibeatur censuris, & sit scandalosa, non debet vitari, nec censuræ tenent. *Condenada.*

42 Qui hanc Sectam tenet, licèt sit excommunicatus publicè, non se debet tenere pro excommunicato, nec abstinere ab administratione Sacramentorum. *Condenada.*

43 Illuminati in extasi, & raptibus vident clarè Essentiam Dei. *Condenada.*

44 Clara Dei visio semel sic communicata animæ, in ea permanet ad ejus arbitrium. *Condenada.*

45 Quoties libuerit, potest Illuminatus videre, quod semel vidit. *Condenada.*

46 Ad consequendam unionem cum Deo requiritur eadem puritas, quæ requiritur ad videndum Deum. *Condenada.*

47 Videntes Deum clarè in extasi, possident semivisionem inter fidem obscuram, & gloriam manifestam. *Condenada.*

48 In extasi magna nihil est Fidei, quia clarè vident Deum. *Condenada.*

49 Illuminati sunt exempti à pœnis Purgatorii, & transeunt ad gloriam. *Condenada.*

50 Plures, qui noluerunt Illuminatis acquiescere, fuerunt in Purgatorio detrusi: alii autem, qui accesserunt ad eos veniam petentes, in Paradysum conspiciuntur evolare. *Condenada.*

51 Aqua benedicta venialia non delet. *Condenada.*

52 Non sunt adorandæ Imagines Sanctorum. *Condenada.*

53 Illuminati portant stigmata Christi impressa, & aliqui perfectum sudorem cruentum emittunt, & sola Eucharistia vivunt. *Condenada.*

54 Illuminati pro arbitrio Sacram Scripturam licitè interpretantur contra intelligentiam SS. PP. *Condenada.*

55 Illa verba Pauli: *Mortui, qui in Christo sunt, re-* *1.Thes.4.*
*surgent primi*: ad litteram intelliguntur de quibusdam Illuminatis; id que Paulus exposuisset, si intellexisset. *Condenada.*

56 Illa Christi verba: *Pe-* *Matth.7.*
*tite, & accipietis*: intelliguntur de solis Prædestinatis, nam hi solùm petentes accipiunt. *Condenada.*

57 Illud Lucæ: *Cœteris lo-*



*Luc. 8.* *loquebatur in Parabolis*: de Reprobis solùm intelligitur. *Condenada.*

58 Illud Apostoli: *Sine pœnitentia sunt dona Dei*: satis insinuat, nos non egère
*Joann.9.* pœnitentia. *Condenada.*

59 Peccatores non audiuntur à Deo efficaciter; quia non recipiunt, quod petunt, juxta illud: *Scimus, quia peccatores Deus non audit*. Condenada.

60 Illuminati melius intelligunt Scripturas, quàm alii Doctores Evangelii. *Condenada.*

61 Illuminati tactibus impudicis non peccant, quinimò coronam, & meritum adaugent. *Condenada.*

## CAPITULO VI.

### *Otros errores Misticos y Teologicos de varios Heresiarcas.*

*Apud M. Dionis.ol. ubi sup. Ps. 13. ℣. 1.* 1 Atheistæ negant Deum cum insipientibus. Psalm. 13. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.*

*Philip. 3. ℣. 19.* 2 Epicurei habent ventrem pro Deo. Philip.3. *Quorum Deus venter est.*

3 Atheistæ, Epicurei, Saducæi, & Samaritani negant immortalitatem Animæ Rationalis. Et impius Machiavellus omnia bona reduxit ad politicas mundi: & interesse proprium anteposuit cunctis Legibus Ecclesiasticis, & Divinis.

4 Deus est duplex; bonus, à quo omnia bona; malus autem, à quo omnia mala. *Condenada. Es de Marcion.* Manichæus persuassit cuidam Catholico, Deum non creasse muscas, passeres, bestias, & tandem nec hominem.

5 Deus est corporeus, & ab oculis corporalibus visibilis. *Condenada. Es de Messaliano.*

6 Deus est mutabilis, & mendax. *Condenada. Es de los Agnoitas, y de los Albigenses.*

7 Deus ignorat futura, & numerum electorum. *Condenada. Es de Pelagio*

8 Si Deus non est author peccati, non est Omnipotens. *Condenada. Es de Beza.*

9 Deus vult peccatum, & sic peccans conformatur cum Dei voluntate. *Condenada. Es del Herege Trinitario.*

10 Deus quantum est ex se, non vult omnes homines salvos fieri. *Condenada. Es del Herege Eodoscalo.*

11 Ex Articulis Fidei solùm debet credi, quod Deus est Creator. *Condenada. Es de Manicheo.*

12 Amor Dei super omnia

nia est impossibilis, nec potest sub præcepto cadere. *Condenada. Es de Lutero.*

13 Deus non est invocandus verbo, nec opere, sed corde, quia est spiritualis. *Condenada. Es de los nuevos Arrianos ad ann.* 1564.

14 Deus non est simpliciter infinitus, nec immensus, quia non existit in rebus inmundis. *Condenada. Es de Worstio.*

15 Deus non confert omnibus hominibus sufficientem gratiam ad conversionem. *Condenada. Es de los Puritanos.*

16 Homo potest puniri defectu Divinæ misericordiæ. *Condenada. Es de los Gomaristas.*

17 Deus solùm remittit peccata involuntaria, non autem malitiosa. *Condenada. Es de los Pseudo-Evangelistas.*

18 Trinitatem Personarum negant Hermogenes, Montanus, Priscilianus, & Mahometus.

19 Consubstantialitatem trium Personarum negavit Arius; & Filium servum appellabat Patris æterni, & à Verbo realiter diversum. *Condenada. Es de Arrio.*

20 Macedonius consubstantialitatem Filio cum Patre concedebat, eam tamen negabat Spiritui Sancto, *Condenada.*

21 Petrus Abailardus, & Bruxensis, consubstantialitatem trium Personarum etiam negant; dicunt insuper, Patrem esse Omnipotentem, Filium intelligentem, & Spiritum Sanctum amantem per proprietatem. *Condenada.*

22 Sancta Trinitas non debet depingi. *Condenada. Es del Herege Brandeburgense, y de Eunomio.*

23 Pater liberè genuit Filium, & Spiritum Sanctum. *Condenada. Es de Calvino.*

24 Spiritus Sanctus est creatura, non Deus. *Condenada. Es de Ebion.*

25 Spiritus Sanctus non est magis locutus ad Augustinum, quam ad Ovidium. *Condenada. Es de Amarico.*

26 Adhuc Spiritus Sanctus est incarnandus. *Condenada. Es de Nicolao Calabrés.*

27 In infantia Christus, & ejus Mater vitam otiosam egerunt. *Condenada. Es de los Metamorfistas.*

28 Post resurrectionem universalem regnum Christi per mille annos durabit in hoc mundo in deliciis corporalibus. *Condenada. Es de los Milenarios, y Apolinaristas.*

29 Christus solas Animas redemit, quia sola Anima non corpus resurget. *Condenada. Es de los Maniquéos.*



30 Christus ignorat diem Judicii. *Condenada. Es de los Agonitas.* Non est Author, sed supplicator gratiarum. *Es de Arrio.*

31 Christus descendens ad Inferos, etiam Animas damnatorum liberavit. *Condenada. Es de Mahoma.*

32 Dubium est an Christus clavis, vel funiculis fuerit Cruci affixus. *Condenada. Es de Wesfaldo.*

33 Instrumenta Passionis Christi, Imagines, & Reliquiæ non sunt adoranda. *Condenada. Es del Herege Carianzario. Solo adora la Cruz.*

34 Adoratio Crucis Christi est idolatria. *Condenada. Es de los Waldenses.*

35 Omnes Christiani sunt pervertendi ab Anti-Christo, & damnandi, exceptis Infantibus. *Condenada. Es de los Orebitas.*

36 Anima rationalis transmigrat de uno corpore in aliud. *Condenada. Es de Pitágoras, y despues la llevan algunos Hereges del Norte.*

37 Verbum non assumpsit veram carnem ex Virgine: nec Verbum caro, sed caro Verbum facta est. *Condenada. Es de los Hereges Pedro de Bruis, de los Mononitas, y de Zuinglio.*

38 Corpûs Christi post Ascensionem in Cœlum omninò factum est Deus. *Condenada. Es de los Metamorfistas.*

39 Natura humana Christi fuit tam alta, quantum Divinitas, & illi æqualis. *Condenada. Es del Herege Peña.*

40 Anima Christi ab instanti Conceptionis tantam scientiæ plenitudinem habuit, quam ipsa Divinitas, eo quod sunt una Persona, & scire pertineat ad Personam. *Condenada. Es del mismo Herege.*

41 Anima rationalis est corporea forma visibilis oculis corporalibus. *Condenada. Es de Tertuliano.*

42 Christus non est filius naturalis Dei, sed adoptivus. *Condenada. Es de Arrio.* Nec Maria est vera Mater Dei. *Es de los Maniquéos.*

43 Nomina Angelorum incognitorum sunt invocanda, & imponenda, pro libito. *Condenada. Es del Herege Adalberto ad annum* 745.

44 Scientiæ speculativæ non sunt addiscendæ, sed solùm artes liberales. *Condenada. Es de Carlostadio.*

45 Homo in hac vita, sicut in Cœlo potest perfectam beatitudinem habere; & ad tantam perfectionem ascendere, quod reddatur impeccabilis, ideòque in eo gratia jam

jam non proficiat, nec teneatur bona opera facere; nam in virtutum actibus se exercere, imperfecti hominis est. *Condenada. Es de los Beguardos.*

46 Quælibet natura intellectualis in se est beata, non verò per gratiam Dei, nec per Donum supernaturale. *Condenada. Es de los mismos Hereges.*

47 In tota Lege gratiæ, & Evangelica nullum est præceptum, sed solùm exhortationes. *Condenada. Es de Lutero.*

48 Nullus Prælatus habet potestatem condendi Leges. *Condenada. Es de Lutero.*

49 Amor inimicorum, & Dei super omnia est impossibilis, sicut, & non concupiscere. *Condenada. Es del mismo.*

50 Corpus Christi post ascensum in Cœlum est ubique, quia est unitum Naturæ Divinæ, quæ ubique est. *Condenada. Es de los Hereges Ubiquitarios ad annum.* 1551.

51 Sola Scriptura Sacra sufficit ad salutem, traditiones autem sunt rejiciendæ. *Condenada. Es de Calvino.*

52 Quilibet fidelis est Judex controversiarum Sacræ Scripturæ, potens illam interpretari. *Condenada. Es de Calvino.*

53 Ecclesia solùm ex solis, & omnibus Prædestinatis constat: & quatenus numerus Prædestinatorum est unus, ita Ecclesia est una. *Condenada. Es de Juan Hus, y de los Waldenses.*

54 Ecclesia Catholica non est visibilis, quia solùm componitur ex Justis, quos solus Deus agnoscit. *Condenada. Es de los Hereges Severianos.*

55 Ecclesia Catholica Romana potest errare. *Condenada. Es del Herege Juan Wesfaldo.*

56 Ecclesia vera defecit ambitione, & avaritia Prælatorum. *Condenada. Es de Calvino.*

57 Omnes Papæ fuerunt prævaricatores, excepto Cœlestino. *Condenada. Es de los Hereges Fratricelos.*

58 Petrus, & ejus Successores non fuerunt Caput Ecclesiæ Catholicæ. *Condenada. Es de Juan Hus.*

59 Papa non est verus Successor Petri, si moribus contradicit Petro. *Condenada. Es de Wicléf.*

60 Papa non est Superior Episcopis, ejusque Principatus est tyrannidis. *Condenada. Es de Lutero.*

61 Authoritas Romani Pontificis à Christo collata, jam fuit evacuata propter

ma-



malitiam Prælatorum. *Condenada. Es del Herege Sagarello, y de los Fratricelos.*

62 Circa remissionem peccatorum, & pœnitentiam, nihil amplius potest Papa quam quilibet Sacerdos; imò, & laicus, & fœmina absolvere possunt. *Condenada. Es de Lutero.*

63 Papa non potest dispensare in voto simplici, adhuc quacumque causa data, etiam ad bonum commune pertinente. *Condenada. Es de los Beguardos.*

64 Concilium generale potest errare, & de facto erravit Nicenum. *Condenada. Es de Arrio.*

65 Concilia generalia non congregantur in Spiritu Sancto, nec omnes tenentur illis obedire. *Condenada. Es de Wesfalor Herege.*

66 Petrus, & Paulus sunt duo Ecclesiæ Capita, quæ unum constituunt. *Condenada. Es de un Herege Anonimo, de quo Lezana Consult. ultim.*

67 Episcopus non est Superior simplici Sacerdote. *Condenada. Es de Wicléf.*

68 A Christo non est constitutus unus Episcopus super alios, sed hoc factum est per Constitutiones hominum. *Condenada. Es del Herege Wesfaldo.*

69 Ecclesiæ Censuræ quasi fabula reputandæ sunt. *Condenada. Es de los Hereges incestuosos ad annum* 1065.

70 Principes Sæculares possunt bona Ecclesiasticorum tollere, quia Ecclesiastici non possunt habere possessiones. *Condenada. Es de Lutero.*

71 Sacerdotes mortaliter peccantes, amittunt potestatem Sacerdotalem. *Condenada. Es del Herege Juan Hus.*

72 Post Baptismum omne peccatum est veniale. *Condenada. Es de Lutero.*

73 Nulla est obligatio solvendi vectigalia, nec tributa Regibus. *Condenada. Es del Heresiarca Beain.*

74 Nulla est obligatio solvendi decimas Clero. *Condenada. Es de Wicléf.*

75 Inter Christianos nullus est Rex, nec Magistratus, sed omnes debent esse æquales. *Condenada. Es de los Fratricelos, y de Calvino.*

76 Unusquisque potest in sua secta salvari. *Condenada. Es del Herege Mannés.*

77 Omnia peccata sunt æqualia, & æqualis pœnæ digna. *Condenada. Es de los Novicianos.*

78 Nullum est discrimen inter præceptum, & consilium: & in Evangelio nullum est purè consilium, sed om-

 nia

nia sunt præceptum. *Condenada. Es de los Anti-Luteranos.*

79 Anima numquam inquinatur peccatis, sed solum corpus. *Condenada. Es de los Maniquéos, y Epicúreos.*

80 Nullum bonum est Deo gratum, nisi sit ab ipso præceptum. *Condenada. Es del Herege Spangerbéo.*

81 Qui voluntariè peccat, numquam potest in gratiam Dei redire. *Condenada. Es del Anti-Luterano Melchorita.*

82 Nostra bona opera mereri possunt plura dona naturaliter, & spiritualia, non verò gloriam, quæ datur nobis gratis per Christum. *Condenada. Es de Lutero.*

83 Commotionibus carnis non est resistendum. *Condenada. Es de Wicléf, y de los Armenios.*

84 Quilibet potest licitè vivere prout libuerit; nec potest votis, aut legibus adstringi humanis. *Condenada. Es de Lutero.*

85 Per solam incredulitatem gratia amittitur, & damnatio infertur, alia verò peccata fide absorventur. *Condenada. Es de Lutero.*

86 Status Fratrum Minorum est perfectior statu Episcoporum. *Condenada. Es de los Beguardos.*

87 Fide sola salvari possunt credentes, dummodo credant sibi delicta non imputari. *Condenada. Es de los Hereges Eunomios, y de otros.*

88 Peccatum originale non est verè peccatum, sed peccandi occasio. *Condenada. Es de Adriano Burgense.*

89 Melius est, ut unusquisque jejunet, quando ei placuerit; quam diebus ab Ecclesia determinatis jejunare. *Condenada. Es de los Waldenses.*

90 Perjurium est licitum ad occultandam doctrinam. *Condenada. Es de los Marcionistas*, que decian: *Jura, perjura, secretum prodere noli.*

91 Possidentes aliquid proprium, non possunt salvari. *Condenada. Es de los Hereges dichos Apostólicos.*

92 Nullus potest salvari, nisi carnaliter prius castretur. *Condenada. Es de Origenes.*

93 Licitè negari potest fides in voce; dummodo in mente retineatur. *Condenada. Es de los Hereges Elceseitas.*

94 Qui labitur in Idolatriam, vel in mortale, etsi resipiscat, non est admittendus in Ecclesia, nec in eo est spes salutis. *Condenada. Es de los Novicianos.*

95 Quodlibet juramentum est illicitum Christianis, etiam compellente Judice. *Condenada. Es de los Paternianos.*



96 Christus nullum jejunium instituit, nec suo jejunio ad jejunandum incitavit. *Condenada. Es de Wesfaldo.*

97 Vota religiosa sunt damnanda, & præcipiendum violari. *Condenada. Es de Calvino.*

98 Non est licitum in lege Evangelica vovere consilia. *Condenada. Es del Herege Wesfaldo.*

99 Nihil possumus Deo vovere, nisi quod est præceptum. *Condenada. Es de Melancton, y sus Sequaces.*

100 Majoris meriti sunt opera sine voto, quam ex voto facta. *Condenada. Es de Wicléf.*

101 Monachi Mendicantes damnantur, quoniam in otio vivunt sine labore manuum. *Condenada. Es del Herege Willelmo, y de Lutero.*

102 Illicitum est Monachis laborare, etiam pro sustentatione vitæ. *Condenada. Es de los Anti-Monacos.*

103 Vanus est labor in inquirenda scientia, & cognitione rerum Fidei. *Condenada. Es de los Sectarios de Pyrrho.*

104 Licitum est cuilibet occidere Dominum tyrannum, non habentem jus legitimum ad dominandum. *Condenada. Es del Herege Juan Parvo ad annum* 535.

105 Simplex fornicatio non est peccatum. *Condenada. Es del Herege Focio.*

106 Licitum est mentiri pro vita salvanda, vel magno beneficio proximi, vel humilitatis causa ad occultandas virtutes. *Condenada. Es de Juan Casiano.*

107 Sola incredulitas est peccatum lethale. *Condenada. Es de Bucero.*

108 Non sunt Dœmones, nec incantationes, aut maleficia excitata ab illis, qui re vera non dantur. *Condenada. Es de los Anti-Dœmoniacos ad annum* 1561.

109 In electis nullum peccatum est mortale, nec in reprobis veniale. *Condenada. Es del Herege Beza.*

110 Virginitas, & celibatus inter prohibita numerantur, & observatio illorum est impossibilis. *Condenada. Es de Lutero.*

111 Peccatum est à Dœmone, non à libero hominis arbitrio. *Condenada. Es de los Hereges Cataistas.*

112 Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. *Condenada. Es de Jansenio.*

113 Credere, & non credere, non pendet ex gratia, sed

sed ex libero hominis arbitrio. *Condenada. Es de Pelagio.*

114 Ad augmentum Fidei sufficit liberum arbitrium, & Oratio est omnino inutilis, quia frustrà petitur, quod per opera nostra consequi valemus. *Condenada. Es de Pelagio.*

115 Solis viribus naturæ, & proprio merito possunt homines salvari. *Condenada. Es de Zuinglio con Pelagio.*

116 Omnia opera hominis existentis in peccato mortali, sunt peccatum, & mala. *Condenada. Es de Lutero.*

117 Omnes effectus contingentes sunt fato tribuendi, & nullum est liberum hominis arbitrium, nec nos possumus vitare peccata. *Condenada. Es de los Hereges Cerdonianos.*

118 Dona gratiæ spiritualis possunt peccunia comparari. *Condenada. Es de Simon Mago.*

119 Non potest homo resistere gratiæ Dei, nec semel conversus valet sua culpa gratiam amittere. *Condenada. Es de los Puritanos.*

120 Justus scit, se esse in gratia, si confidit, & habet fiduciam, quod est in gratia. *Condenada. Es de Lutero.*

121 Nemo tenetur exterius Fidem profiteri. *Condenada. Es de los Albigenses.* Non sunt admittendæ Traditiones. *Es de Calvino.*

122 Fides non amittitur per incredulitatem, sed potest esse mixta cum erroribus. *Condenada. Es de Calvino.*

123 In Christo, & in Beatis manet Fides. *Condenada. Es de Calvino.*

124 Sola Fides sine operibus justificat, & prodest ad salutem æternam. *Condenada. Es de Calvino.*

125 Omnes bestiæ sunt capaces rationis, & intelligunt sicut homines. *Condenada. Es de los Saturnianos, y de los Gnosticos.*

126 Nullum Sacramentum justificat, ideoque nec prosunt, nec obsunt. *Condenada. Es de los Mesalianos.*

127 Mali Sacerdotes vera Sacramenta non efficiunt, nec recipiunt. *Condenada. Es del Herege Prisciliano.*

128 Baptismus defectu aquæ in quolibet liquore potest fieri. *Condenada. Es de Calvino.*

129 Baptizati verè per Hæreticos, iterum absolutè debent baptizari. *Condenada. Es de los Luciferianos.*

130 Baptismus verus non est inter Hæreticos. *Condenada. Fue de Tertuliano.*

131 Parvulis sine usu rationis nihil prodest Baptismus, defectu Fidei. *Condenada.*



*da. Es de Pedro Bruxiano.*

132 Baptismus non tollit radicitus originale, quia iterum pullulat: à sola oratione totaliter evellitur. *Condenada. Es de los Mesalianos.*

133 Infantibus non est necessarius Baptismus, sed sufficit eis fides parentum, & intentio baptizandi eos tempore opportuno. *Condenada. Es de Wicléf.*

134 Confirmatio non est verum Sacramentum, sed mera cæremonia, & à quolibet simplici Sacerdote potest ministrari. *Condenada. Es de Pothio, Calvino, y Lutero.*

135 Pœnitentia non est verum Sacramentum, & à quolibet potest ministrari sine aliqua licentia. *Condenada. Es de Calvino, y de los Alumbrados.*

136 Confessio auricularis non fuit ex institutione Christi sed ex hominum inventione. *Condenada. Es de Lutero, y de otros.*

137 Corpus Christi in Eucharistia est simul cum pane, & vino. *Condenada. Es de los Discipulos de Lutero, ad ann.* 1551. y de los Hereges llamados *Impanatores.*

138 Missa non est instituta à Christo Domino, nec est Sacrificium, nec prodest vivis, nec defunctis, sed est idolatria. *Condenada. Es de Lutero.*

139 Episcopus, aut Sacerdos in mortali existens, nec consecrat, nec ordinat, nec baptizat. *Condenada. Es de Wicléf.*

140 Templa Dei nullius sunt utilitatis, quia Deus ubique est. *Condenada. Es de Juan Hus.*

141 Homines mali communicantes non recipiunt Corpus Christi. *Condenada. Es de Focio.*

142 In Eucharistiæ Sacramento non existit verum Corpus, & Sanguis Christi Domini. *Condenada. Es de los Iscariotistas, Donatistas, y Albigenses.*

143 Extrema-Unctio non est verum Sacramentum, nec habet vim causandi gratiam. *Condenada. Es de los Albanenses.* Nihil prodest ad salutem corporis. *Es de Focio, y de los Albigenses.*

144 Ordo Sacerdotalis nihil præstat, nam omnes Christiani sunt æquales in dignitate, & etiam fœminæ. *Condenada. Es de Lutero, y Calvino.*

145 Matrimonium non est verum Sacramentum, & pro libito dissolvi potest. *Condenada. Es de los Armenios, y Luteranos.*

146 Nuptiæ sunt damnabi-

biles, & malæ. *Condenada. Es de Arrio, Lutero, Tertuliano, y de los Albanenses.*

147 Conjugium est æqualis meriti cum Virginitate. *Condenada. Es de los Helvidianos.*

148 Omnes tenentur ad Matrimonium. *Condenada. Es de los Vigilancios.*

149 Peregrinationes ad loca Sacra pro Indulgentiis consequendis, sunt inutiles. *Condenada. Es del Herege Claudio Taurinense.*

150 Indulgentiæ sunt fraudes fidelium, nec eas valet Papa concedere. *Condenada. Es de Lutero, y de Zuinglio.*

151 Lapsi post Baptismum, numquam possunt remissionem consequi peccatorum suorum. *Condenada. Es de los Montanos, y Catafrigas.*

152 Aqua benedicta non habet plus virtutis, quam non benedicta. *Condenada. Es del Luterano Wesfaldo.*

153 Exorcismi Ecclesiæ sunt irridendi. *Condenada. Es de los Calvinistas.*

154 Ornamenta Sacra sunt inutiles nugæ. *Condenada. Es del Herege Eustacio.*

155 Imaginum Sanctorum adoratio facit idolatras. *Condenada. Es de Vigilancio, y de los Iconoclastas, y Luteranos.*

156 Usus Campanarum in Ecclesiis est abominabilis, & Campanæ sunt tubæ Dæmonum. *Condenada. Es de los Albigenses.*

157 Benedictiones Ecclesiæ non faciunt res meliores, quam in se sunt. *Condenada. Es del Herege Acindio, y Lolardo.*

158 Cantus Ecclesiastici sunt deridendi, quasi Deus non audiat corda. *Condenada. Es de Wicléf.*

159 Invocatio Sanctorum est inutilis, nec ipsi venerandi. *Condenada. Es de Lutero.* Non sunt in statu merendi, & ideò non possunt nos adjuvare. *Es de Wicléf.*

160 Nulla sunt in Ecclesia facta miracula vera. *Condenada. Es de los Waldenses.*

161 Oratio semper ad Orientem est facienda. *Condenada. Es de Esceseo.* Non est orandum in Ecclesia, sed propriis, domibus, quia Deus ubique est. *Es de los Eutiquianos.* Oratio sola justificat, non Sacramenta. *Es de los Mesalianos.* Melius adoratur Deus in nemoribus, quam in Ecclesia. *Es del Herege Sagarelo.*

162 Oratio est omninò inutilis. *Condenada. Es de los Pelagianos.* Primus motus concupiscentiæ est peccatum. *Es de Calvino.*

Ora-



163 Oratio corde, non ore facienda; nec datur præceptum de Oratione vocali. *Condenada. Es de los Turrelupinos.*

164 Oratio per Prælatum specialiter applicata pro uno, non plus valet, quam si generaliter applicetur pro multis. *Condenada. Es de Wicléf.*

165 Oratio nulli prodest, sed est inutilis, quia omnia necessariò eveniunt. *Condenada. Es de Juan Hus.*

166 Nulla Anima ante diem Judicii glorificabitur. *Condenada. Es del Herege Aballardo.*

167 Corpora gloriosa erunt invisibilia, & impalpabilia. *Condenada. Es de los Eutiquianos.* Deus non videbitur in se, sed in creaturis, sicut lumen in aere. *Es del Herege Amarico.*

168 Sepultura Ecclesiastica nihil prodest, nec est æstimabilis. *Condenada. Es de los Waldenses.*

169 Corpora non resurgent. *Condenada. Es de los Hereges Severianos.*

170 Post resurrectionem corporum non erit sexus distinctio, quia corpora nostra tunc erunt aerea, & invisibilia. *Condenada. Es de los Eutiquianos, y Armenios.*

171 Non est Purgatorium. *Condenada. Es de los Albanenses, Albigenses, y de Focio.*

172 Animæ Purgatorii non sunt securæ de sua salute, sed possunt adhuc mereri. *Condenada. Es de Lutero.*

173 Cuilibet est licitum in sua libertate vivere, & nullus est compescendus, ut sic vivat. *Condenada. Es de los Hereges Fratricelos.*

174 Nullus tenetur respondere Judicibus, nec Inquisitoribus, nisi in Articulis Fidei, & Sacramentorum. *Condenada. Es de los Hereges Beguardos.*

175 Nullus tenetur denuntiare hæreticum, si probari non potest, etiamsi sibi sit evidens. *Condenada por Alexandro Septimo.*

176 Si solicitatus confiteatur cum solicitante, potest ab eo absolvi absque onere denuntiandi. *Condenada por el mismo Pontifice.*

*Otras muchas proposiciones hay condenadas por los Sumos Pontifices Alexandro Septimo, Inocencio Undecimo, Alexandro Octavo, é Inocencio Duodecimo, que comunmente se hallan en las Sumas Morales de los Modernos, donde fácilmente las puede ver el curioso Lector. En ellas hay tambien algunas que pertenecen á la Mistica, como se puede notar.*

CA-